119

MAJER ISTVÁN

V. PÜSPÖK ÉS ESZTERGOMI KANONOK

GYŰJTEMÉNYE.

1885.

VEGYES NYOMTATVÁNYOK,

és Kéziratok.

.....kötet.

Tartalom: a túlsó lapon.

[illegible]

E kötet 50 számot tartalmaz, lajstromát lásd a túllapon.

F. II.

119

Tartalom.

Folyószám.

1. Oratio Francisco C. Barkóczy A. Eppo Strigon. occasione solennis introductionis Tyrnaviam in limitibus Territorii a Martino Déváy Civitatis Senatore et Capitaneo die 27. Sept. 1761.
2. Carmen Panegiricum Festis Honoribus ejusdem, Nomine Cleri Saec. Caris Strigoniens. Tyrnavie 1761. Cecinit Simon Fábri.
3. Felix redditus ejusdem ad A. Eppatum Strig. 1761. Adplaudit Andreas Rabcsek Canonicus Segusiensis. 1761.
4. Cordialis Laetitia Ecclesiae Agrienfis. Eidem Michael Ambrozovszky Canonicus Agricensis 1861.
5. Symbola in Laurum Ejusdem. Pr. Primatis occasione illuminationis per Civitatem Agriensem. Agriae 1861 die 26. Julii
6. Eidem Celsissimo salutem dicit Tornensis pyeria Colores. (Carmen) Agriae 1861.
7. Ejusdem Honoribus Elegia. Budae 1861.

Sequentes Manuscripta.

8. Epistola C. Francisci Barkóczy Epi Agriensis ad Regni Primatem quoad jurisdictionem Capellanorum Castrensium. Agriae die 21. Nov. 1753.
9. Rescriptum Regium quoad Sententiam Curiae Regiae in Causa Successorum Matthaeovszkianorum. 1747.
10. Responsum ad id. 1747.

Nrus

11. Reflectiones in Causa successorum Mattyasovszkiarorum.
12. Litera Curiæ Regiæ ad Palatinium, in qua obtestatur ut officii sui agat apud suam Majestatem respectu præjudiciorum. 1747.
13. In eodem facto ad Cæsarem Diurn Cancellarium.
14. Vt
15. C. Pálffy Joannis Palatini mandatum ad Petrum Ordódy Cottus comarani. Judicium in causa legataria Baronissæ Liebenberg. Anno 1748.
16. Vt
17. Copia Resonjti I. Cottus Zemplin. in negotio contractivæ dilocationis I. Militis ad C. Consilium 1755.
18. Coram I. Universitate Cottus Zolyensis Matthæi Michna V.H. Diaconi solennis reclamatio contra Georg. et Ladislaum Radvan, quod eos a nobilitatis prærogativis privare non erubuerit.
19. Georg. et Ladislaus Radvánszky coram Cottu Zolyensi proponunt Rationes, quod Plebani in comitatibus nulla vota sibi vindicare possint.
20. M. Theresia rex comitatui Bihariensi quoad jura Eppo Groswaritus Ordienti Anno 1743o concessa. Datum Vienna 24. sept. 1753.
21. M. Theresi representat status Cottus Biharyensis propter remissum mandatum ad instantiam Jacobi Holen rejectum 1753.
22. Franc. C. Barlóczy Eppus Agriensis 1757 Patri Generali Ord. S. Pauli primi Eremitæ in quæstione barba
23. Representatio Cottus Bihar. ad Reg. Consilium in puncto nobilium Armalistarum respectu taxationis.
24. Cottus Comaromiensis ad Reg. Consilium in puncto taxationis armalistarum 1754.
25. Representatio Cottus Borsodiensis de taxatione Armalistarum 1754.
26. " " Comaromiensis " 1754.
27. Franc. Comes Barlóczy Eppus Strig. Ad Capitulum de officio divino et disciplina. Strigoniæ 1762. die 30. Julii.
28. Apologetica Decretorum Visitationis M. Capituli Strig Anno 1762. Augustissimæ per Eppum subscripta.

(Continuatio a post) 29.

Folyó szám

(Tárgymutatónak folytatása)

29. Extractus processus. Actricis Sárea contra incolatum Comitem Franciscum Esterházy 1753.
30. Pro erigenda Turma Prætoria. Litera Comitis Aula. Hung. Cancellariæ ad Comitatus 1760. – Ex parte Cottus Strig. pro alenda Turma annui 1200 fl. ex fundo contributionali sunt oblati.
31. Privilegium Cæs. Regium pro Turma Prætoria. 1760.
32. Allocutio A. Eppi Colocensis occasione solennitatis nuptialis Coronæ principis Josephi 1760.
33. Rescriptum C. Regium in negotio Statuendorum Tyronum ad C. stat. Grevalkovits qua C. Strigon. administratorem 1760.
34. M. Theresia ad Comit. Strigon. ex obitu Principis Caroli Archiducis. 1761.
35. Litæ Strigoniensi A. Eppis Strigoniensibus redditæ, in quo b. Rescripto Regio adhortantur Regni Cottus, ut ad extruendi ædificii Archiepiscopum adjuvent. 1761. die 5. oct.
36. M. Theresiæ rescriptum ad R. Comitatus pro Consensu assumendi mutui 10 millionum fl. 1761.
37. Collationales Regiæ pro A. Eppo Strigon. Franc. e Com. Barlóczy 1761. die 13. Maji.
38. Dicio Palatini occasione installationis C. Fr. Barlóczy R. Primatis qua perpetui Supr. Comitis Cottus Strigoniensis 1761. die 20. sept.
39. Fr. Barlóczy Jos. Ord. Prímásának, Esztergom városnak örökös főispányi székébe beiktatásakor a megye üdvözlésének beszéde 1761.

40.

40. Gr. Barkóczy Ferencz országi Primásának beérkezése, midőn örökös főispányi székébe a Nádor által beiktattatott 1761.

41. Representatio Cottus Strigoniensis respectu mutuandorum 10 millionum. 1762.

42. In eodem substrato ad Comitem Regni Palatinum.

43. M. Theresiae Reginae litterae ad Regni Primatem, dum Nuncius sacerdotio pictam B. M. Virginis iconem Arcis Strigon. templo, reverendo donaret, quae in ipsa magna Ara super tabernaculo posita erat.

44. Resorptum Cottus Neogradiensis in re Urbariali ad Excelsum L. Consilium 1766.

45. Epistola Ludovici Regis Hungariae ad Papam, in qua petit, ut Regno pro subsidio pis. 1520.

46. Egy főispány (valószínüleg Bihar megyei) beiktatási beszéde királyi biztos Gróf Károlyi Jánoshoz.

47. Allocutio occasione salutationis N. (Regiae Majestatis per Austriae Inferioris Status (circa finem saeculi 18-i)

48. Pest. városegye főispányi Administratorának beiktatási beszéde (a 19-dik század elejéről)

49. Ugyanazon alkalommal a megye egyik főtisztviselője által a Rendek nevében mondott üdvözlő beszéde.

50. Statuum et Ordinum Cottus Nitriensis Representatio ad N. Regiam Majestatem de indicta Insurrectione An. 1797.

BIBLIOTHECA E.M. SZEGED

ORATIO

CELSISSIMO,

AC

REVERENDISSIMO,

S. R. I. PRINCIPI

FRANCISCO

E COMITIBUS

BARKÓCZY,

DE SZALA,

PERPETUO IN PALÓCZ, ET TAVARNA,

MISERATIONE DIVINA ECCLESIÆ METROPOLITANÆ STRIGONIENSIS

ARCHI-EPISCOPO,

SACRÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO;

PRIMATI REGNI HUNGARIÆ,

Ejusdemque Summo, & Secretario Cancellario;
Inclyti Comitatus Strigoniensis Supremo, ac Perpetuo Comiti;
Sacratissimarum Cæsareo-Regiarum Majestatum Actualis Intimi Status, &
Excelsi Consilii Locumtenentialis Regii Hungarici Consiliario, nec
non unius e Judicibus Tabulæ Septemviralis, &c. &c.

Occasione Solennis Introductionis Ejusdem in Liberam,
Regiamque Civitatem

TYRNAVIENSEM

ANNO M. DCC. LXI.

DOMINICA XX^ma^ POST PENTECOSTEN, QUÆ INCIDIT
IN DIEM XXVII^mam^ SEPTEMBRIS DICTA

In Limitibus Territorii nominatæ Civitatis Tyrnaviensis

A MARTINO DÉVAY, ejusdem Civitatis Senatore,
& CAPITANEO.

TYRNAVIÆ,
TYPIS ACADEMICIS SOCIETATIS JESU.



Iſte tantisper gradum **CELSISSIME PRINCEPS**! Agmen hoc, quod una mecum TUIS affuſum pedibus conſpicis, Civitas Tyrnavienſis obvium TIBI eſſe juſſit, ut vel hoc doceat argumento: non Senatum duntaxat, populumque ſuum, non Mœnia ſolum, plateas, forum, ædes Sacras juxta, ac pronas, ſed ipſos etiam Territorii Limites TIBI in ſignum publicæ lætitiæ, ac perpetuum Venerationis aſſurgere monumentum.

Dabis autem veniam **BENIGNISSIME PRINCEPS**, quod TE in Caſtos Sponſæ TUÆ amplexus, ad ſpectacula Deo, & hominibus grata, ad Communes Cleri, populique TUI plauſus, & Spirituales totius Hungaricæ Eccleſiæ triumphos properantem, in medio itineris TUI curſu retardemus. Timeremus ſane, ne pro pietate, & officio notam vitii reportemus, niſi ipſa dignitatis TUÆ amplitudo occurſum noſtrum a temeritate vindicaret.

Novi-

Novimus enim ex privatis æque, ac publicis Sermonibus, didicimus ex illuſtribus TUIS facinoribus, atque ipſis etiam oculis ſæpius ſpectavimus, eas in TE eſſe naturæ gratias, illa virtutum, & rerum immortaliter geſtarum ornamenta, ut ſola nominis TUI fama deſiderium Conſpectus TUI non popularibus modo noſtris, ſed exteris etiam gentibus imperet.

Vix nuper æquo *AUGUSTÆ* Judicio primam in Hungaria Infulam obtinuiſti, continuo laborabant ingenia, certabant Academiæ, ſudabant Typi, ſtatus Regni, & ordines univerſi contendebant, ut fortunata tam **MAGNANIMI PRINCIPIS** Auſpicia, Sacratiores tanti **PRIMATIS** honores debitis obſervantiæ inſigniant ſtudiis.

Simul, atque a Throno Regio in Patriam redeundi veniam accepiſti, ſimul majeſtate novæ dignitatis, & magnitudine exiſtimationis illius, quam TIBI jam prius in utraque republica virtus conciliavit, exciviſti Agriam in Venerationem TUI, innumerabilem populorum multitudinem, frequentiſſimas Nobilium, & Civium cohortes: confluebant ex remotioribus etiam locis numeroſæ Sacerdotum Coronæ: concurrerunt Magiſtratus, & Præſides Provinciarum: nec deerant Proceres Regni, & Summi Eccleſiarum Antiſtites, qui TE velut alterum Salomonem in gloria TUA ſequebantur. Poſteaquam iter ad nos inſtituiſſes, occurrebant TIBI certatim Pagi, & oppida, effundebantur in ſpectaculum Urbes, & Comitatus: Arces, Caſtra, Turres, ipſi Campi, & publicæ viæ aſſurgebant in Theatra.

Atque hæc dum ab extrancis fiunt, nos etiam omni temeritatis nota abſolvent, quod ad terminos Territorii noſtri itineri, & Triumpho TUO moras injiciamus. Imperavit hoc nobis non Excelſa duntaxat honoris TUI ampli-

amplitudo, & totius prope Hungariæ exemplum, ſed noſtri potiſſimum muneris ratio, & incomparabile in **CELSITUDINEM** TUAM pietatis, ac obſervantiæ ſtudium: ut qui populares, & nuncii illius Civitatis ſumus: quæ felicitatem ſuam, & commoda Civium, frequentiori Sacerdotum contubernio, potiorem gloriæ Nominis ſui partem, Metropolitanæ Eccleſiæ TUÆ domicilio, ſed inſolitum præſertim hodiernæ diei ſplendorem unice Sacris **CELSITUDINIS** TUÆ inſignibus, & auſpiciis in acceptis referre debet.

Et vero refert eo libentius, quanto cercioribus tenet argumentis, Eam eſſe **CELSITUDINIS** TUÆ Illuſtrium Natalium claritatem, tam præcellentes animi virtutes, Ea in Deum, Regem, Patriam, & religionem ad publicam totius Europæ notitiam collata merita: ut nemo ambigat, talem nobis in TE immortali Dei beneficio obtigiſſe **PRIMATEM**, ſub quo avita Orthodoxæ fidei libertas, gloria Cultus Divini, honor, & reverentia Sacerdotii, Jura Eccleſiarum, prærogativa Civium, & rediviva totius retroactæ ætatis Patriæ felicitas majoribus in dies refloreſcat incrementis. At hæc alioquin univerſæ jam Hungariæ ſpes ita occuparunt, ita omnium Sermonibus celebrantur, ut a me neque commemorari debeant, neque intra has temporis anguſtias pro dignitate poſſint.

Nolo itaque **CELSISSIME PRINCEPS** longiori oratione Curſum Triumphi TUI retardare, quin potius ſummis a TE precibus non tam Ego, quam utraque reſpublica depoſcit, ut exoptatum diuturnis votis iter, quod TIBI excellentia Virtutis TUÆ, quod neceſſitas Hungaricæ Eccleſiæ, & Salus populorum deſtinavit, magnis paſſibus proſequaris. Accede propius Tyrnaviam, amplum illud Majeſtatis hodiernæ diei, hoc eſt: Meritorum TUORUM, excelſæ

 digni-

dignitatis, & publicæ lætitiæ theatrum: ſtat jam longa ſerie Auguſtæ pompæ apparatus, perſtringunt intuentium oculos Sacri Antiſtites, procedunt ordine frequentiſſimi Sacerdotum Chori: Optimates Regni, diſcurrentia Nobilium agmina, Numeroſæ Civium Turmæ, ætas omnis, & Sexus uno TUI tenentur deſiderio. Quod reliquum eſt: illud ego præcipuæ felicitatis, & gloriæ loco hodierna die apud me reputo, quod mihi potiſſimum e popularibus meis prima obtigerit facultas, tam Illuſtre Hungaricæ Eccleſiæ decus, tam Clari in toto Chriſtiano orbe Nominis **PRINCIPEM**, & **PRIMATEM** ſalutandi, qui jam inde a juventute mea in Excelſis **CELSITUDINIS** TUÆ Gratiis, & Patrociniis ſpes, & fortunas meas ſemper collocavi.

D I X I.



BIBLIOTHECA E.M.A. STRIGON.

119.

2.

CARMEN
PANEGYRICUM.

CARMEN PANEGYRICUM,

FESTIS HONORIBUS

CELSISSIMI,

AC

REVERENDISSIMI

S. R. I. PRINCIPIS

FRANCISCI

E COMITIBUS

BARKÓCZY,

DE SZALA,

PERPETUI IN PALÓCZ, ET TAVARNA;

MISERATIONE DIVINA

ECCLESIÆ METROPOLITANÆ STRIGONIENSIS

ARCHI-EPISCOPI,

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ LEGATI NATI,

PRIMATIS REGNI HUNGARIÆ,

EJUSDEMQUE SUMMI SECRETARII CANCELLARII,

INCLYTI COMITATUS STRIGONIENSIS

SUPREMI, AC PERPETUI COMITIS,

Sacratissimarum Cæsareo-Regiarum Majestatum Actualis Intimi Status; & Excelsi Regii Locumtenentialis Consilii Hungarici Consiliarii, nec non unius e Judicibus Tabulæ Septemviralis, &c. &c.

Perpetuæ Venerationis, & observantiæ ergo, Nomine Secularis Cleri Strigoniensis dicatum.

BARKOCZI PRINCEPS, QVO LVX HÆC CLARIOR ORBI
SVRGIT, ERIS PARVO LVX QVOQVE CLARA METRO.

TYRNAVIÆ,
TYPIS ACADEMICIS SOCIETATIS JESU.

DUM

SACRA

INAUGURATIONIS

SUÆ

SOLENNIA,

CUM FREQUENTISSIMO

PRÆLATORUM, & PROCERUM

REGNI COMITATU,

ET

COMMUNI CLERI, POPULIQUE GAUDIO

In Libera, Regiaque Civitate

TYRNAVIENSI,

QUINTO KALENDAS OCTOBRIS

CELEBRASSET.

CARMEN.

VOta valent orbis. Gemitus, ſuſpiria, luctus,
Dona, preces, lacrymæ, munera pondus habent.
Orba diu Paſtore Suo Strigonia Mater,
Publica ſolliciti cauſa doloris erat.
Hæc illa Hungarici Princeps Eccleſia ſceptri,
Gentis honor, Regum gloria, cura DEI:
Præſidium Romæ, fidei tutela, ſalutis
Norma, Sacerdotum fama, Magiſtra gregis:
Hæreſeos Domitrix, ſcelerum vindicta, theatrum
Virtutis, patrii firma columna throni.
Hæc fuit: at viduas poſuit de vertice mitras
Vix bene; tot laudum nil, niſi nomen, habet.
Cum Duce ſpes, cum Patre decor, cum Præſule virtus;
Cum Paſtore Sacri concidit ordo gregis.
Parte ſui nulla ſupereſt: in vulnera, clades,
In damna, inſidias, in probra, tota patet.
Hæreſis inſultat: violat ſine vindice leges,
Bella movet populis, impia bella Diis.
Nectit ubique dolos: erroribus omnia miſcet,
Statque fides ullo vix bene tuta loco.

Plebs trepidat: Paſtor non eſt ſecurus ad Aras,
Vim parat hinc livor, vim parat inde furor.
Et prohibent veræ populo dare verba ſalutis,
Et ſuperos caſta religione coli.
Grex gemit, & vitæ panem per devia quærit,
Quærit, & incertas itque, reditque vias.
Nec ſatis eſt: proſtrata jacent Altaria; Turres,
Templaque gramineo procubuere ſolo.
Quæ prius, auguſtis non eſt reverentia tectis,
Non Aris ſupereſt, quod fuit ante, decus.
Nulla Sacerdotum ratio: timor omnis, honorque;
Quem pietas Clero ceſſit avita, perit.
Nec decor eſt recti; temerat Sacra jura profanus:
Culpa metu, lex vi, pœna vigore caret.
Opprimit impietas miſeros: gemit orba marito
Fœmina, pupillus tendit ad aſtra manus.
Omnis amor probitatis abeſt: procul exulat omnis,
Cumque pudore timor, cumque timore pudor.
Hoc unum ſupereſt: lachrymis miſcere quærelas,
Hoc unum afflicti, flere, levamen habent.
Sic illa Hungarici Princeps Eccleſia ſceptri,
Illa vetus Patriæ, ſi tamen illa, ſalus:
Concidit! & ſolam retinet ſine viribus umbram,
Dum tot damna ſuos conſpicit ante pedes.
Concidit! & tantis non eſt ſatis una procellis,
Sufficit in plures tanta procella neces.
Heu jacet exanimis ſine vi, ſine robore! corpus
Flebile nulla Sui ſigna vigoris habet.
In lacrymas oculos, non in ſuſpiria pectus;
Nec dolor in juſtas os ſinit ire preces.
Si quis es in toto (Nati pro Matre precamur)
Orbe, cui noſtri ſit pia cura mali:
Huc ades! & lapſæ tanto ſub vulnere, dextram
Porrige; tot fatis, quam potes, adfer opem.
Res fidei, Patriæ, res hic ſubvertitur orbis,
Hac ſtat ſtante ſalus noſtra, cadente cadit.
Non aurum, vel opes, non æs; ſed vota, precesque
Poſcimus: has Regi, vota litanda Deo.

Det

Det Viduæ Sponſum, nobis Patremque, Ducemque;
Paſtorem populo, Rexque, Deusque: ſat eſt.
Audimur: lapſis veniunt ſolatia rebus,
Roma dolet noſtras, Terraque tota vices.
Et dolet, & cœlum votis, precibusque fatigant,
Et ſacra dant Aris munera, thura focis.
Orbis agit totus: mens omnibus una: precari;
Usque det optatum Rexque, Deusque Patrem.
Erige depreſſos Mater Strigonia vultus,
Tot precibus poterit nulla repulſa dari.
Nec tua, nec volumus ſolatia noſtra morari,
Jam ſpes certa redit, jam tibi certa ſalus.
Vota valent orbis. Gemitus ſuſpiria, luctus,
Dona, preces, lacrymæ, munera, pondus habent.
Tacta tot afflictis **AUGUSTA THERESIA** rebus,
Quas populus, Regnum, relligioque tulit;
Dat tibi **FRANCISCUM** pro Præſule, Principe, Sponſo,
FRANCISCI titulos Roma, Deusque probat.
Gens vetus hunc noſtris **BARKOCZIA** protulit oris,
Clara Sago, meritis, ſanguine, marte, toga.
Hungariæ faſti, rerum monumenta loquuntur,
Quid Patriæ cauſa, Regis amore tulit.
Hic acie vicit, muris hic depulit hoſtes,
Ille Suo moriens vulnere tinxit humum.
Perſtitit hic, propriaque enſes in caſſide fractos;
Et retulit multis pervia ſcuta locis.
Exuviasque Ducum, vexillaque cæde cruenta,
In patrio fixit, Victor ab hoſte, ſolo.
Hoc celebri noſter ſatus eſt de ſtemmate **PRIMAS**,
Id tamen in laudes vix ſinit ire Suas.
Nam decus, & proavos, & quæ non fecerit ipſe,
Cum merito Sua ſint, non putat eſſe Sua.
Nec titulis quidquam, tribuit nec rebus avitis,
Ni faciat vera nobilitate Suas.
Nobilitatis honos ſola virtute probatur,
Deme hanc: nobilitas fumus inanis erit.

Hac

Hac Duce **BARKÓCZY PRINCEPS** Sibi cul-
men honoris,
Ad laudum cumulos hac duce ſtravit iter.
Hac duce tanta Suæ meruit præconia famæ,
Quam non una ætas, Terra nec una capit.
Scilicet excelſæ mentis Sapientia, flumen
Ingenii, ſtudium, cura, laboris amor;
Conſilii gravitas, animi conſtantia, vultus
Majeſtas, liuguæ gratia, frontis honor;
Integritas morum, probitas, vigilantia, zelus:
Naturæ ſunt hæc inſita dona Suæ.
Vix laus a culta, vix diſcrepat indole virtus,
His dare nec virtus plura, nec illa poteſt.
Has ſocias dotes, honor hinc, onus explicat inde,
Fructus honos oneris, fructus honoris onus.
Et meritis vaſtum ſtruit hoc, ſtruit ille theatrum,
Ut ſua ſe claro gloria teſte probet.
Jamque probat. Res, quæ reliquos per ſecula ludunt,
Vincit; & in titulos cogit abire ſuos.
Urget opus, ſuffert obices, obſtacula rumpit,
Et domat humano robore majus onus.
Agria Teſtis eris, ſtudio quæ Præſulis hujus,
In Patria clarum nomen adepta tenes.
Quæ ratio Cleri, qui paſcit ovilia Chriſti;
Quis reſpectus erat, quis locus, ordo? refer.
Eloquar, an ſileam? dolor hoc, pudor impedit illud;
Quo recidit noſtri fama, decusque chori.
Hoc fidei fulcrum, gens hæc electa, Sacerdos
Regalis, Divi prima corona Petri;
Nil niſi deſpectum tulit, & convitia: Paſtor
Jam gregis alloquio vix prope dignus erat.
Et quibus eſt commiſſa orbis doctrina, ſalusque,
Creditur indoctum pluribus eſſe genus.
Hæc mala mens, famæ vitium, jacturaque noſtri
Nominis; & juſti cauſa doloris erat.
Vix bene **BARKÓCZY** videt hæc; ſimul ingemit:
& quem
Zelus, amor dictat, fert, adhibetque modum.

Eri-

Erigit hoſpitium Muſis: Academia ſurgit:
Nec mora: diſcipulis ſtat ſchola plena novis.
Mox Suggeſta jubet Parochos conſcendere, parent:
Sacra viget ſtudiis, arsque profana ſuis.
Ingeniis ſedes, Cathedras Doctoribus implet,
Et docèt eſſe domi, quod fuit ante foris.
Quosque parum cultos reputant, probat eſſe Magiſtros;
Nec ſtudiis Clerum, ſed caruiſſe Scholis.
Exemplum que facit, quod nulla recentior ætas
Viderat Hungarius, nec prior ulla, plagis.
Nimirum eſt aliis certo data limite virtus:
Naturæ ſolitas non habet iſte vices.
Quas reliquis ſparſim dedit ars, doctrinaque dotes,
Has omnes uno continet ille ſinu.
Quidquid agit, ſtupor eſt. Orbi miracula patrat,
Dum patrat, ipſe ſuum vix bene ſentit onus.
Incipit is rerum ſeries, ubi deſinit alter:
Hic, quæ prætereunt; ille futura videt.
Humanis jungit divina, nec implicat: uno
Fine Dei, Patriæ, commoda Regis agit.
Si petitur, rebus dubiis myſteria dictat:
Si petat is dubium ſolvere; nemo capit.
Litibus in patrio reddit dum jura ſenatu,
Suſpendit voto ſpesque, metusque ſuo.
Si loquitur primus, ſua ſtat ſententia: dicat
Ultimus? hic animum, mutat & ille ſuum.
Quotque probat cauſas, tot lex oracula ſummit,
Quot reſponſa refert, tot nova jura facit.
Cætera prætereo. Me ſingula pondere vincunt:
Plura nec in verſus ſunt ſatis apta meos.
Da veniam **PRINCEPS**, TUA quod præconia tangam,
Magnus amor, linguæ neſcit habere modum.
Nec TUA multiplici cum laude modeſtia pugnet,
Publica dum famæ, ſunt monumenta TUÆ.
Nil agis, ut lateas: TE detegit inclyta Virtus,
Limite quæ certo, fine, locoque caret.
Metra tacere jube: magnos Europa labores
Differet, & titulos tollet ad aſtra TUOS.

Jam

Jam tamen id facio, TUA quod moderatio dictat:
Sat laudo, nomen ſi bene laudo TUUM.
Quidquid enim de TE dignum volo dicere, magno
Nomine **BARKÓCZY** plus nihil Orbis habet.
Interea noſtris propior ſis finibus: exple
Publica conſpectu votaque, ſpesque TUO.
Gaudia nec populi, noſtrosque morare triumphos,
Tota ſtat in laudes jam Sacra pompa TUAS.
Purpura, Sella, pedum, crux, mitra, corona, galerus,
Expectant nutus officioſa TUOS.
Hoc operi pretium, ſtudiis hæc præmia Virtus,
Donaque dat meritis Rexque, Deusque TUIS.
I, propera, conſcende thronum, cape culmen honoris,
Nemo poteſt tanto dignior eſſe loco.
Dum loquor: inſolitis miſcetur motibus æther,
Pulſa ſub aëriis turribus æra ſonant.
Jam que quatit muros, jam Machina bellica campos,
Sulphureo rapidos, quæ jacit igne globos.
Tympana cum mixto reſonant clangore tubarum,
Et fora feſtivos dant, repetuntque modos.
Fit plauſus: populo ſtant compita plena viarum,
Anguſtumque frequens turba coarctat iter.
Pampa venit: longo præcedunt ordine Cives,
Pone ſuos ducit docta Minerva choros.
Hos Equitum turmæ; mox agmina candida Cleri;
Et prope Pontificum Sacra corona ſubit.
Hinc Proceres Regni, ſtipat latus inde Senatus:
Cætera proſequitur plebs ſine lege viam.
It medius picti **PRÆSUL** ſub imagine cœli,
Et petit auguſto templa, thronum que gradu.
Hic oculos, hic Verba rapit, plauſusque triumphi,
Ore ſuo populos, ore retardat iter.
Limina jam Templi tenet, & pertingit ad Aras:
Munus adit: titulos, Sacraque ſigna capit.
Huc ades, & viduos princeps Eccleſia Vultus
Exue: jam **PRÆSUL**, jam tibi Sponſus adeſt.
Et lacrymas abſterge tuas, depone dolorem:
Convenit hunc lætis Vultibus ire diem.

Quem tua damna, preces, quem publica Vota petebant,
Hunc tibi Sacrato fœdere junxit amor.
Et ſuperi ſi quem, ſi Rex, ſi Patria, mundus,
Vel dignum poterat, ſi dare Roma; dedit.
Hic Pater, & tua qui reparet diſpendia, Vindex;
Quique modum ponat cladibus; Ultor erit.
Hic Erebi vires, hic reprimet hæreſis auſus,
Et ſtatuet magno magna trophæa Deo.
Divino que gregi, quæ nunc contagia lædunt,
Paſcua cœleſti nectare plena dabit.
Quæ ſacra tecta jacent, cœlo ſublimia ſurgent,
Quodque prius vitii, cauſa decoris erit.
Jam ſatis eſt: jam Præſul adeſt, jam Vulnera curat:
Pluraque, quam memorant carmina, ſponte facit.
Præſul adeſt, fidei qui priſtina ſæcula; Clero
Qui ſua reſtituat commoda, Præſul adeſt.
Salve **MAGNE PATER**! populi ſpes, gloria gentis,
Regis amor, generis luxque, decusque TUI.
Huc oculos, huc Verte TUOS! nos aſpice Natos,
Venimus in laudes pars quoque parva TUAS.
Si modicis magnos fas eſt miſcere triumphos
Queſtibus; hæc facili verba repone ſinu:
Nos amor in plauſus, dolor in ſuſpiria cogit,
Eſt & amor vultus, & dolor ante TUOS.
Te melius nemo poterit cognoſcere **PRINCEPS**,
Quo ſit honor noſter, famaque, resque loco.
Tu cauſam defende TUI, TU nomina Cleri,
Totque probris, ſolus qui potes; adfer opem.
Nec TUA nos virtus, nec nos auguria fallent,
Tempora dent noſtræ TE modo longa ſpei.
Tu pariter cura, noſtramque, TUAMque ſalutem:
Ingenii cohibe vimque, modumque TUI.
Utere parte TUI: totas non exere vires,
Non opus eſt toto, pars ubi ſola ſat eſt.
Et quem mole ſua non occupat integer orbis..
Sufficiet curæ portio parva TUÆ.
At nos præterea, pro pignore Vota litamus:
Salva ſit in multos ut TUA vita dies.

Vive diu felix! TIBI ſtent præconia, laudes,
Nomen, honor, tituli; ſtet ſine fine decus.
Nec prius e vivis abeas; TE ſoſpite donec,
Plenus erit meritis orbis uterque TUIS.
Quodque tenet noſtri facies jam prima libelli;
Id parva a MAGNO **PRÆSULE** Muſa petit:

BARKÓCZY PRINCEPS! quo lux hæc
Clarior orbi
Surgit, ERIS parvo lux quoque Clara metro.

CECINI

Nomine obſervantiſſimi Secularis Cleri
Strigonienſis

SIMON FÁBA, ex eodem Clero
Sacerdos, Filius, & Clicns indigniſſimus.

BIBLIOTHECA E.M.

3.

FELIX REDITUS COMITIS FRANCISCI BARKÓCZY AD ARCHI-EPISCOPATUM STRIGONIENSEM.

Singulo Verſui ſingula præcinente litera,
Heroico Carmine deductus,
Sappho clauſus,

&

In perennem reditus diei memoriam,

AC TANTI

ARCHI-PRÆSULIS

Nullis retro Sæculis periclitandum Honorem
Homagiali teneritudine adornatus.

SÆCVLA SERA GERENS, FERRO, ARTE, SECVNDA MARIA
FRANCISCVM LAVDAT, REGNA SERENA BEAT.



HOrtunata dies, ſine limine ſepta triumphis,
EDita de Cœlo, par nulli, cultior omni,
LÆta nimis, veneranda magis, quin marmore digna
INfeſto rumpi, parilis, quis mentior? illi
XYſto diſcincto, qui neſcit jurgia Civis.

REs agitur ſerîo, ſed certo: Cur DEUS iſta?
EXantlare licet, ſed non licet abdita ſciſſe.
DIjugis ANTISTES FRANCISCUS, lux proba mundi,
IUſtitiæ Cultor, ſal terræ, gloria Cleri,
TUtamen populi, Superorum rectus amator,
UNicus inventus, qui flexit pectora Regis.
SPlendidus hic PRÆSUL, dum noſtram ludere ſcenam

COMITIS

CONſpicuus longe properat, dedit Omina pulchra
ORbi PANNONICO, ſub Rubris Tyrnava tectis,
ACte animis, ſi dum fervoreus inſtitit iſthic
IN ludis actus, plauſus tulit eminus omnes.
IAlia, ſi Romæ puerum deſpexeris ullum
INventare licet, quin iſtis plurima nectet.
SIc vix ſuccreſcens FRANCISCUS limina Romæ

FRANCISCI

HErventer ſuperat, fit Curio, Canonicus mox,
HUrſum PRÆPOSITUS de Scepus, ſurripitur tum
GRîam: jamque ſibi firmam Sponſamque, Caputque
ON dubitat manibus, pedibusque adſtringere ſolam.
URrito nunc felix: Vates hoc ſparſerat anceps,
INde tamen non quis curris, currendo redibis.
SAcra! DEUS! Cœli! Prognoſtes fallitur! abſit.
CHara tempta Agrîa, FRANCISCUS fœnore duplo
INclytus adproperat, quin maxima Culmina ſcandit.

BARKOCZJ

BElle, namque DEUS FRANCISCUM viderat ante
ARCHI-PRÆSULEO jam dignum Vertice. Juſte
ESpirant animi, reſecantur triſtia quæque,
ORda natant cimbis, rapiuntur metra triumphis.
TE felicem FRANCISCUM e millibus unum!
ERtius in TE nos plus longe fervidiores.
OSter in omnigeno noſtrorum pectore flammas
MPiger exagitat, nec ſiſtit mittere calthas.

AD

ARdemus, nec ubi ſimus, nos prendere ſcimus,
IFfluimus toti tepefacti corpore quanti:

ARdemus, veluti modo primum ſorte renati,
AEctius ac geniti, ſitientes pectora dulcis
CHara PATRIS reducis, tremuli contingere tandem.
HÆc eſt illa dies, Dominus quam ſidere nobis,
INque ſuæ Sponſæ ſolamen mittere ſanxit.

.

EJa agite o pueri! Matrum compeſcite plexus,
EPRoque pio modulo, Prologi inſtar, dicite: VIVAT
ILLUSTRIS PRINCEPS. Juvenes ſint prima, ſecunda
SCena: Ubi ſunt caſtæ conſpirent marte puellæ,
COlla, manus gemmis, caput orchis, tempora ſertis
ORnent, & pariles Scenas intexere pergant.
PRÆSULIS illecti reditu, cum Rhetore Vates
AUguſtas Strenas recitent, dent pulpita nobis
TAnti Philoſophi, curventur Theologaſtri.
UMRbes, & Cives, & Pagi, & compita, lectis
UNeribus certent, teſtentur gaudia Gentes.

STRIGONIENSEM.

SOlvantur cætus Muſarum, plectrave gypſent,
TYmpana baccillis diſcerpant, æthera Cornu.
RIEgnorum Proceres revireſcant, plauſibus addant
GNivomas Scenas, inſontes inter & auctas
ONLiſcant. Huc mixtim concurrant agmina Cleri,
NERe ciant SALVE, proclament denique: VIVE
SEMOBILIS IN SCENA STANS PRINCEPS SÆCULA MULTA.
TAm ſat credo TIBI promptum dulciſſime PRIMAS.
ET nec forte TUUS Vultus plus ambiet iſtis.
NIl ſupereſt reliquum, quos condam deſeruiſti,
SUſcipias placida, manſueta fronte Paterna,
EMT conſtans foveas ſub dulci pectore, tumque
VULTA DIU VIVAS NOBISCUM SÆCULA FELIX.

SAPPHUS.

SApphico canto, TIBI jure quanto,
Præpotens PRINCEPS, pia vota poſcens,
Prendito Clemens, recolenda fervens
Pectore Sacro.

TE Deus nobis, remeare juſſit,
Ac ſuæ Sponſæ retinere ſanxit,
Currito felix, veneranda Phœnix
Præpete penna.

Præſul es factus, generoſa nactus.
Qui diu merſos titulos honorum,
Maſcula palma, gracilique norma
Præripuiſti.

Vive nunc felix, ſuperando quævis,
Et DEO primum, populoque demum,
Tum TIBI ſoli, Generique toti
Sæcula multa.

Ita reditus diei adplaudit,
&
Suam Celſitudinem Archi-Epiſcopalem
poplite flexo percolit,

Infimus ſervus, & humillimus Capellanus
Andreas Rabcsek Canonicus Scepuſienſis.

CASSOVIÆ TYPIS ACADEMICIS SOCIETATIS JESU CIↃ. IↃCC. LXI.

BIBLIOTHECA M. REGIÓN.

CELSISSIMO
PRINCIPI,
AC
ARCHI-EPISCOPO
STRIGONIENSI
FRANCISCO*
E NOTIS IN PATRIA COMITIBUS
BARKÓCZJ
DE
SZALA.*



SIC ARDENT CORDA, DEVOTA SVO PRÆLATO.*

AGRIÆ,
EX TYPOGRAPHIA ARCHI-EPISCOPALI.

CORDIALIS
LÆTITIÆ
ERGÒ
HOMAGIALITER
OFFERTVR.*
NOMINE, ET IN PERSONA
DEVOTE
GRATANTIS
ECCLESIÆ
AGRIENSIS.*
LÆTANTE AGRIA
DE CONSOLATIONE MERITORIA
SVI
PRÆLATI.*



OBELISCVS HONORIS,
AC PROMERITÆ DIGNITATIS.*
SIVE DE
PRIMATIALIS IN REGNO CHARACTERIS
HONORE;*
FRANCISCO
BARKÓCZIO
MAGNO AGRIENSI EPISCOPO
RECENTER COLLATO; AGGRATVLATIO.*
CELSISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO BARKÓCZI
PRÆLATO AGRIENSI FELICITER!*
ARCHI-EPISCOPO STRIGONIENSI
AB AVLA DENOMINATO;*
IN DIE NATALI
SVÆ CÆSAREÆ, AC REGIÆ MAJESTATIS.*
MARIÆ THERESIÆ
ARCHI-DVCIS, REGINÆ NOSTRÆ GLORIOSÆ.*
METROPOLITANA TIARA EJVS BENIGNITATE REGIA
CONDECORATO.*
PRIMATIALI DIGNITATE CONSPICVO.*
SVPREMO SECRETARIO, AC CANCELLARIO, NEC NON CONSILIARIO
REGIO.*
PATRIÆ PATRI; SACERDOTVM GLORIOSO
PRINCIPI.*
REI LITERARIÆ IN DIOECESI AGRIENSI
REPARATORI MAGNIFICO.*

In Consiliis Dandis prof vnde sagaci. *
In pontificali ritv sacerdoti Magno. *
præLato his, & tantis Characteribvs Dignissimo. *
MVLtos annos, Lætos Dies, & soLes preCatVr. *
noMine totivs DesoLatæ pLebis, & CLeri agriensis. *
qVi InnoCentes aniMi DoLores sIC fere proponit. *
CVr nos pater DeseRis? aVt CVi nos DesoLatos
reLinqVis?
agnosCe pastor oVes tVas, & agnos, qVos agriæ pIetate LaCtasti; &
a LVpis rapaCibVs fortiter præserVasti. *
&
nos oMnes soLitæ benIgnItatis raDiis CoLLVstra. *
has gratias pro CLero Vt a te obtIneret,
PRInCeps DIgnIssIMe! ✲
præsentis obeLisCi pLasMator, & aLti honoris tVi ponDerator. *
pro CoroniDe exCLaMat! *
VIVAT!
CoMes franCIsCVs barkóCzJ
XV. arChI-epIsCopVs strIgonIensIs,
eX epIsCopatV agrIensI. *
VIVAT, & VaLeat
franCIsCVs CoMes barkóCzY!
noVVs arChI-epIsCopVs strIgonIensIs
eX præsVLe agrIensI. *
&
aD aLtIora honoris, & DIgnItatis sVbseLLIa asCenDat. *
pro IngentI DeCore faMILIæ sVæ barkóCzYanæ. *
VIVAT
sVa CeLsItVDo prIMatIaLis!
pro serVItIis regis, & regni;
&
In seros VsqVe annos faVste, & fortVnate gVbernet. *
fIat par senIo, & VItæ annIs pIo MeLChIseDeCho. *

Ita orat, & aLtas
CeLsItVDInIs
gratIas IMpLorat. *

sVæ CeLsItVDInIs

obseqVIosVs hVMILIs serVVs,
perpetVVsqVe Venerator. *
MICHAEL AMBROSOVSZKY, Lector, &
Canonicus Agrienſis, Abbas de Egres.

5.

SYMBOLA

IN HONOREM

CELSISSIMI

S. R. I. PRINCIPIS

REGNI PRIMATIS

FRANCISCI

BARKÓCZY &c. &c.

DOMINI SUI TERRESTRIS

BENIGNISSIMI

PER

CIVITATEM AGRIENSEM

DUM

Eam præsentia sua primo bearet, homagiali devotione ad perpetuam memoriam, & amorem contestandum pictoris manu figurata, & tam Arte Poëtica, quam etiam Lemmatibus atque Epigrammatibus ornata,

QUÆ

In communis Lætitiæ signum accensis luminibus vespere diei adventûs 16. Junii 1761. Agria illustrari curavit, in typoque veris

SUÆ CELSITUDINIS

Clientibus distribuit.



EX TYPOGRAPHIA ARCHI-EPISCOPALI AGRIENSI.



PRO MODULO VIRIUM.

In accessu Civitatis erecta Porta Triumphalis continens Symbola.

Nº 1mo *Supra cupulam Ecclesiæ Basilicæ nido insidens ciconia.*

Lemma. Firmior est hic.

Nº 2do *Sol in adversum positum terræ globum circumfundens radios.*

Lemma. Majora patebunt. *Claud.*

Nº 3tio *Ab æthere propendens manus plantam vasi impositam rigat.*

Lemma. Plantata rigabit.

Nº 4to *Pyramides in duobus ordinibus supra se pileum Principis habentes.*

Lemma. Non omnibus.

Nº 5to *Aquila ex nido in arbore posito solem versus evolare tendens.*

Lemma. Rursusque resurgit.

Nº 6to *Manu ab æthere prominente in fluvium jactæ anchoræ stans una pars fixa.*

Lemma. Nobis sufficit una.

Nº 7mo *In medio portæ triumphalis per transversum habetur:*

Vota precantur.

IL-

ILLUMINATA DOMUS CIVICA.

Nº 1mo *Justitia cum bilance.*

Lemma. Corrumpi munere nescit.

Epigramma. Reddit unicuique secundum opera ejus. *Mat.* 16. *v.* 27.

Subjectos populos hac consultrice gubernat
PRIMAS jam Noster patria jura { tenens / sequens

Nº 2do *In saxo & arce Ecclesiæ Strigoniensis aperta porta.*

Lemma. Domus ista salutis

Epigr. Hic habitabo, quoniam elegi eam. *Ps.* 131. *v.* 14.

Cum postes recluſa suas Ecclesia pandat
Ampla sacræ fidei pascua carpet ovis.

Nº 3tio *Ecclesia Strigoniensis interfluente Danubio cum Ecclesia Agriensi ducta per annulum catena colligata.*

Lemma. Ne fata sequestrent.

Epigr. Amico fideli nulla est comparatio. *Eccl.* 6. *v.* 15.

O fortunatas PRIMATE & PRINCIPE Sponsas
Dissolvat nullus fœdera vestra dies!

Nº 4to *Jupiter munera fundens.*

Lemma. Munera pro meritis.

Epigr. Sic honorabitur. *Esther* 6. *v.* 9.

Fulgeat Hungarico BARKÓCZI maximus Orbi,
Rex, Deus, & Regnum constituere simul.

Nº 5to

Nº 5tò *Cœlum pluens.*

Lemma. Non ſibi ſed cunctis.

Epigr. Palmas ſuas extendit. *Prov.* 31. *v.* 20.

Patria reſpiret Divo viduata madore
BARKÓCZI Patrem nacta capeſſet opem.

Nº 6tò *Cœlum ſerenum.*

Lemma. Omnibus idem.

Epigr. Lex clementiæ in lingua ejus. *Prov.* 31. *v.* 26.

Omnis FRANCISCUM fidens accede, favebit
Triſtitiæ pulſa gaudia nube fluant.
Propitius, gratus, comis, pius, omnibus idem,
Deſolatus ab hoc PRINCIPE nullus abit.

Nº 7mò *Ros matutinus.*

Lemma. Vitam moderata miniſtrant.

Epigr. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. *Eccl.* 31. *v.* 37.

Sydera jam Cœli vitam rorate per ævum,
Fac, Vivat PRIMAS tempora longa, Deus.
Agria lætatur, ter Vivat, corde precatur,
Impleat, & Vivat millia luſtra PATER.

***

6.

CELSISSIMO

PRINCIPI

FRANCISCO

BARKÓCZI

ARCHI-EPISCOPO

ISTRO-GRANENSI.



AGRIÆ,

EX TYPOGRAPHIA ARCHI-EPISCOPALI.



SALVTEM DICIT

TORNENSIS
PYERIA COHORS.

NUper Vindobonæ vix TE REGINA vocavit
PRIMATEM media voce MARIA ſuum.
Jam TUA per cunctas tonuerunt nomina Gentes,
Exciit & noſtras hæc tuba fauſta plagas.
Atque ideo:
Quæ TIBI fatidico PRIMATEM carmine Mytram
A quatuor luſtris non malè præcinuit,
Hæc modo cœleſti redimitum munere magnis
Cernua pro meritis, TE mea Muſa colit.
Nec tamen exiguam, PRINCEPS CELSISSIME, Nympham
Dedignare; TUO Numine mota canit.
Natura es facilis, ſorte altus, more benignus,
Quæ tria terrigenas conſtituêre Deos.
Me quoque tantarum certiſſima nomina dotum,
Cunctaque Virtutis conſcia facta TUÆ
Non vanis replent ſpebus, nec inanibus auſis,
Flaminium ante aras me poſuêre TUAS.
Thus incenſo TIBI PRINCEPS CELSISSIME, non quod
Effundit molli terra Sabæa ſinu,
Sed quod tota, TUÆ præcelſæ mentis honorax,
Priſcæ ſtirpis amax turba Novena TUÆ.
Impigra prævaſto non limite, littore, cincto
(Hic precor Eliſiæ cedite deliciæ)
Virtutis campo, veris de floribus, altos
Colligit incenſans hujus odore Polos.

Cur-

Currite Pyerides, accurrite quæſo Sorores,
Tu quoque feſtino currito Phœbus equo
PONTIFICI tanto, tanto Genióque colendo
Non eſt una ſatis Muſa, nec una Charis.
Naturæ hoc Pignus, raram hanc Virtutis Idæam,
Gemmam hanc, cum toto tu cane Phœbe choro.
Agria pulla tamen viduales ſume cothurnos,
A duo bis luſtris en tibi Sponſus abit.
Sponſus abit quovis minio fulgentior, auro
Carior, & Gemmis, candidiórque Nive.
Sublimem Genium venerata es Agria bellè,
En abit è gremio METROPOLITA tuo.
Es complexa Caput cœleſti termite dignum,
Quod pia nuncce ſibi vindicat invidia.
At gratare tuis meritis, gratarèque ſorti,
Qua tibi ſe tantus crediderat Genius.
Si ſapis, & vero metiris nomina vultu,
Tranſitus illius, viva Corona tua eſt.
Sed tamen eſt aliquid, tenero ſub pectore vulnus,
Quod ſolet abſentis linquere amoris amor.
Tu quoque dilectis divelli vultibus horrens,
Grata per omne cupis tempus amorè mori.
Nec tamen una tuo immoreris vidua Agria amori,
Prævenit mortem jam Scepus ante tuam.
Nunc quoque quod moreris, quod amore, dolore liqueſcis,
Tota pari tecum Tiſza dolore liquet.
Non ſola es, charum retines quæ vulnus amantis,
Nec ſola ingaudes, & comitata gemis.
(Hem licuit, liceátque dein coamantibus ille
Ille furor, vitio gratior ille ſuo)
Omnium amor, dolor omnium hic eſt, communéque toti
Gaudium huic terræ, triſtitiésque ſimul.
Invida, rancida, putrida, triſtia rudera, buſta
Strigonii! veteris Nominis umbra tui
Vos diræ inferiæ, omnes vos, furíæque laceſſant,
Omne decus Tytiis eripuiſtis aquis!
Scilicet ingluvies fuit iſta binominis Iſtri,
Concupiit Strigonem, qui ſibi ſæpe Virum.
Et rapuit, ſibi quem donatum ſæpiùs audiit
Et jam cœleſti Numine ſponte datum.
Iſter volve undas Divino hoc munere fœtas,
SOL pridem eſt umbris debitus iſte tuis.
Tu modo fac rito comitare ſatellite tantum
PLANETAM, Cœlum refferet ille tuum.

Ille

Ille TUO demptam Capiti per bina Tyaram
Sæcula fœlici conditione dabit.
O Superi! Hungaricæ ſi quæ eſt cuſtodia vobis
(Hoc PRIMATE tamen cernitur eſſe) Rei,
Hoc Munus Veſtrum, Donum Veſtrum, hoc quoque Veſtrum
Noſtrorum Curæ Pignus, & Adoream
Propitii, Nobis fatis ſervate ſecundis,
Et date, quod viruit, floreat uſque Genus.
Floreat, ínque brevi venerando purpuret ore,
Coccineóque aridam Syrmate tingat humum.
Túmque favete, precor, poſt tot jam ſecla, Quirino
Phœnicem in buſto ſuſcitet Hungaricum!
Hæc tamen uſque TIBI Superi dent prœmia Magne
Pannoniæ PRIMAS, Gentis, & Entis Amor
BARKÓCZY, in Proavis veteris Cognominis Heros,
De quorum toties Hunna Cruore bibit,

VIVE DIV SVPERIS, PATRIÆ, REGIQVE, TIBIQVE,
VIVE TVÆ STIRPIS GLORIA, VIVE DECVS.

HVNGARICI XENIVS CLERI, EXPECTATA CORONA
VIVE, SVPERVIVAS EXEQVIISQVE TVIS. *

Jam

Quà potuit ſubito. plauſit TIBI Carmine noſtra
Muſa, rudis, tanto non ſatis apta Choro.
TU veniam FRANCISCE dabis, CELSISSIME PRINCEPS,
Ipſe etiam chordam rupit Apollo ſuam.
Quippe TUI vultûs radiis perſtrictus, & oſtro,
Non potuit paribus reddere ſenſa Notis.
Quúmque aliud famulum, & TE tanto PRINCIPE dignum
Virtuti nequeat thus adolere TUÆ,
Æternum hoc, parvo Cererís de monte, fidelis
Muſa, penu tenuis; ſed pia ab obſequiis

LITAT BARKOCZYA DICINIVM.

Quæ cuncta

HOMAGIALI VENERATIONE, IN CORDIBVS NOSTRIS
GLORIOSIVS, QVIN VSQVE IN SVPERNOS AXEIS PERENNATVRA *

OFFERVNTVR
CANTATA A SEBASTIANO ZELTMAYER, INCLYTI COTTVS
TORNENSIS VICE-ANTESIGNANO, ET EXCVSA AVSPICIIS
FAVENTIS SIBI. *

AKA COLI

BIBLIOTECA E.M. BUCUREŞTI

Celsissime, ac Reverendissime Dne S. R. I.
Princeps, Primas & Archi Episcope, Domine
mihi Gratiosissime

Tenorem Brevis Apostolici; quod si eo tempore Matrimonia inter personas, quarum altera Militaris sit, seu ad dicti exercitus pertineat; ibique occasione Stationum pdictarum commorentur, altera vero Parocho loci subdita reperiatur, contrahi contingat, eo casu nec Parochus sine Sacerdote hujusmodi, nec vicissim Sacerdos sine Parocho, celebrationi ejusmodi Matrimonij assistat, aut benedictionem impertiatur, ego semper ita intellexi, sicut ipsum Juris & consuetudinis communis dispositionem, qua Sponsos duarum Parochiarum, propter denunciationes utrobique premittendas, procurandum qd de utriusq Sponsi libertate, majorem certitudinem, sine alterius Parochi concursu copulari verat, negatum tamen in ipso actu copulationis, vel Benedictionis, utriusq Parochi solemnem assistentiam requirit. Itaq particulas segquentes: Ambo simul non exeuli ad actum copulationis, sed ad perceptionem Stolæ à tali copulatione obvenientis: id enim minuit clarus contextus: Sed ambo simul atq æqualiter emolumenta, si qua licite percipi solent, accipiant, ac inter se dividant. Illoc idem puto voluisse Capellanum Caporiensem, si quando altercatus est cum deputato militari: hic enim, ut speciem facti habet, non solum Stolæ emolumenta æque pie percipere, sed etiam contra Uniformem Ecclesiæ Hungaricæ usum, ipsi copulationi cum Capellano Parochiali solemniter adesse prendebat; quamquam jam nonnii Parochum Caporiensem, ut si Parres Societatis quoad milites castrenses Si jurisdictioni subjectos, etiam ipsam simultaneam assistentiam urgere perrexerint, neq ratione, consuetudine experiri, potius quod petunt, admittat, quam novarum dissensionum & scandalorum semen jaciat, neq puto aliquid adversum inde eveniet.

Alterum in casu proposito, si forte etiam Stolæ divisionem Capellanus remuerit, existimo, ideo fieri, quod pyrobolarius Sponsus, quem deputatus militaris sub jurisdictione subesse prætendebat, fuerit unus ex scabinis, qui textu Sphi Volumus autem assiduo usu firmati privative ad jurisdictionem

Parochi

Parochi localis semper pertinebant; quam litem mihi a Cu
onibus militaribus Motam, etsi acerbissimo cum dolo
feram, nullo tamen incentivo alio, vel promovi, ex quo ben
gnum Monitorium Regium per Celsitudinem Vestram acc
Abinde enim nec Parocho habere quicquam scripsi nec
Patres Societatis à capta usurpatione vel uno verbo, nu
minus censuris, quas ex disciplina Ecclesiastica præscrip
adhibere poterant, sed eriam debebam, prohibui, nisi quod
Patri Provinciali in Amico Colloquio exposuerim) gravis
motiva suadentia totum hoc Novæ Jurisdictionis exercitium
evidente Hierarchiæ Ecclesiasticæ perturbatione, Sacramen
tumque aliorum illicitatæ, quorundam eriam nullitate, cer
tem talia percipientium animarum periculo, conjunctum
quibus ille rationibus adductus, capta prohibuisse fertur.
lea vero opinione cum eriam Num Sim, spero, nec suam Ma
tem, nec Celsitudinem Vestram velle, ac contra Conscientiæ
Dictamen, eam prensæ Jurisdictionis praxim facto quocum
meo, vel positive jubeam, vel per alios inducam probem,
dum vehementer doleo me hac ratione decretatorum Bea
rum Regiorum Juporum Notam, a qua quidem nulla nec
absolvunt, opinione quorundam Coherahere, qui alias tot
do exploratissimum esse percupio, quod fide, devotione, &
vantia, erga Clementissimam Principem & Dominam me
nulli secundus sim, malo tamen hanc ante tempus ju
tium Censuram innocens ferre, quam Conscientia gravis
prodiri Gregis mei Crimine onerata, ante Tribunal divi
judicis rationem villicationis reperentis, subinde appo
Reverentiâ Decretis Regijs debitâ satis me facere puto,
humili Silentio, & cauta dissimulatione feram, quod emen
non possum, ut præterea in rem, Judicio judiciô meô ac
Divinæ & Ecclesiasticæ adversam positive cooperer, id de
nec ratio Muneris Episcopalis patitur nec pientissimam
nam meam velle, unquam credam.

Ne autem judicij illius mei Constantia, sola affectu occupato
passio cujusquam dicatur, Summute dabo rationes, quibus
tur. In his porro non quærar, quod Aurium militarium
in plenitudinem potestatis, sed in partem Nostræ Sollici
nis vocati sint, tamen contra Summum rationis Sanc
pitantur, Nos spoliare eo ipso jure, in Rejus exercitio

adjutorio

cos esse Sanctissimus voluit, non Commemorabo, quod Regij
Patris favore, nec temporalibus Nostris juribus, nisi
audiri, & juris ordine convicti à quoquam privari possimus,
hic ipsam Spiritualem Jurisdictionem, pastorali Nostro
Officio, ex ipsius mei Christi institutione conjunctam, sine
Culpa, & sine causa, à Nobis Negotiem interrogatis avelli
cernamus, prætribo eriam grantissima miserarum Ecclesia
rum & parochiarum dispendia, ex Novo hoc instituto Manantia
Jacobo Summam quorundam: Nam multi idem meum sen
tium: Patrum Societatis ingratitudinem, qui piâ Hungaro
Episcoporum curâ in juvamen hic aciti, medijsque tempora
libus sane liberaliter provisi, Nunc ipsorum Episcopo
rum jura convellere, Parochorum quoque aliorum egentium
Panem, quo non indigent, eripere tanto studio conantur.
Hæc inquam Omnia Patribus, quia et si justa acerbissimi
Doloris causa sint, ferri tamen sine Omni Mea Culpa possunt
illa tantum Argumenta asseram quæ me convincunt, Novam
istam Jurisdictionem nullam esse, atque adeo nec Sacramenta
sine periculo irreverentiæ, Nullitatis, item sine evidente Ani
marum Damno, Cumen administrari posse.

Cum in rem Solo Brevi Apostolico utar, à quo uno tota Aurionum
militarium jurisdictio pendet, & circum scribitur, enim vero
ex clarus ejus contextus, et delegationis Motivum satis
ostendit, Non esse mentem Sanctissimi, ut Milites Conjuncti
Locorum Custodiæ adscripti quales hi sunt, Spirituali illorum
jurisdictioni subjaceant. Motivum delegandi est, propter
eos, qui in Castris degunt, & versantur, propterea, quod non
facile ad proprios Parochos & locorum Ordinarios recur
sus haberi potest, Præsidiarij vero hujus modi, quod officium
tali loco perpetuo affixa gerunt, nec in Castris versantur,
nec ad proprios Parochos, Locorum qui Ordinarios difficilem
recursum habent, in Contextu autem disertissimis in rem
meam est Ephus volumus autem, ut ij Sacerdotes, quos
idem Capellanus Major pro Sacramentis eriam Paro
chialibus Militibus, alijsque personis quibus hujusmodi
rum Exercituum ministrandis, ut ponitur, deputandos
duxerit, nullatenus quidem hujus modi facultatibus uti vale
ant erga Milites præsidiarios, qui Conjunctæ Aruam, seu alio
rum Locorum Custodiæ adscripti sunt, quos eorundem Locorum

Parochus

Parochis, et Ordinarijs, in Omnibus, & per omnia subesse debere declaramus, cujus §phi intellectum cum aspi optimus Legum Interpres, pro me semper explicui.

Hoc ipso insufficiens ad propositum evincendum videtur mihi subtilis argucia, quòd Sanctissimus jurisdictionem Mi tatem extenderit erga milites ad vagas belli operation destinatos: itaque cum benignum decretum Regium Sub ta distinctione Militis Vagi et stabilis, statuerit Om milites consilio Aulæ bellico subjectos, eo quod pro Supre beneplacito Regio semper mutari possunt, Vagos esse habendos Præsidiarios quoque tales evasisse, et tamquam subjectos Leg mutato in jurisdictionem castrensem, incidisse. Cum de primum benigno decreto illo Regio studium duntaxat Homer jecti inusitatum, et res, natura, & officium, propter quod Diarij Parochis & Diœcesanis per Breve relicti sine, in factum manserit. Cæterùm quoque homines isti pro Supre Regio beneplacito mutari potuerant, et verò etiam Muta rint, nunquam tamen Parochis subjecti esse desierunt, ni mutatione effective facta. Certe etiam religui Parochiam cilium suum variis fortunæ casibus vadentibus, vel b tibus, mutare possunt, quin tamen jam hinc propter id Mutabilitatem desinant esse subjecti Paracho proprij Dom ij, vel quasi Domicilij ipsi vagi, de jure communi, ei Pa cho subjiciunt, in cujus Parochia invehuntur prò tempore. indubitato juris communis principio Breve hoc Apostolic nec uno verbo derogat.

Deinde transmisso eo, quod Præsidiarij locorum per benignum Dec Regium evaserint, non solo nomine, sed re ipsa vagi, tame nullibi Sanctissimus delegavit, jurisdictionem in milites Sed in milites ad vagas belli operationes destinatos. Indub autem est, quod Milites Præsidiarij: etiamsi propter pe tum ad quodvis supra animum, censeantur esse vagi: D Officia & Servitia hujc vel illi loco perpetuo affixa gerunt, stinati sint ad determinatas tali loco necessarias, vel u operationes, non autem ad vagas belli; nisi destinatione e etsi valde remota, gratemur exsistio his officijs, ad alia lanti in Legionum Munia transferri possint, quæ objectio remota destinatio, si ad fundandam Curionum Castrensi Jurisdictionem sufficit, certe eximi ab ea non possunt, et Milites Confraternitatis, perinde pro Supremo Beneplacito Re

mutabi

Mirabiles, quos tamen exemptos esse ipsa Sua Majestas agnoscit. Sequentur præterea absurda innumera, quæ vix cogitanti obvia: illud quidem certe, quod ex textu juris Reticuit Militaris Sacra Jesu Societas posse in suam potestatem trahere universos Regni Magnates, Nobiles, Regiæ item Civitates, et omnes illos, qui necessarijs belli temporibus ad insurgendum ex lege Patriæ obligantur, tam hi quoque non solum Regiæ Majestati, sed etiam à toto Regno ad vagas belli Operationes similiter, imo certius destinantur. Præsidiorum enim Comendantes, Annonæ, Domuum Armamentariarum, Commissariatuum Locorum Præsides, Servi, Scribæ, Opifices, partim Corporis vitiosve vitio ad quæsita officia hæc applicantur, partim tantum annuas Manus, vel opificij operas locant, compluresque malent sua Stipendia amittere quam præsentem ad vagas belli operationes destinationem ipsa adimplere, aliquam vel dubiæ inhabiles effecti sunt, veluti Scribæ, Opifices Hungariæ se obligarunt, Nobilibus verò Hungaricis tempore Legalis insurrectionis talis recusatio integra non est, et vero etiam, alique etiam providendum puto, ne subtilitas ista in tam laxum sensum cum tempore excrescat.

Jam & etiam concedam Præsidiarios propter quam mutabilitatem evasisse verè ad vagas belli Operationes destinatos, hoc ipso tamen, quod Sanctissimus à cujus voluntate tota castrensis Jurisdictionis latitudo pendet, clarissimo §pho volumus autem eos à castrensium jurisdictione excepserit, avelli à Parochis et Diœcesanis non possunt, cùm enim Sua Sanctitas probè sciverit, Stipendiarios Sub Majestatis Subditos, pro arbitrio ejus beneplacito mutari posse, non ignoravit etiam omnes illos, in sensu à castrensibus intento Vagos seu ad vagas belli operationes destinatos esse: itaque cum in §pho volumus autem apertam delegationis sub exceptionem, quoad istos Præsidiarios, inservierit manifesto argumento est non voluisse Suam Sanctitatem, ut omnes Milites etiam ad vagas belli operationes, hoc sensu, destinati, subjaceant Capellano majori Exercituum, ejusque deputatis Sacerdotibus.

Ex quibus omnibus, cum pateat Censam jurisdictionem virtute delegatoriæ Brevis Apostolici per curiones Militares exerci non posse, consequens est, ut eam tueantur, et exerceant, ex sola concessione Regia, benigno illo Decreto Regio publicata.

Sed non sum tam amans mei Judicij, ut argumenta in hanc rem, quæ mihi quidem evidentia apparent, etiam apud quosvis alios par pon

Jus

dus habere debere existimem: illud tamen firmissimè tenet
tanti ea esse roboris, ut cujvis recta ratione utenti, altem
dubium reddant, an etiam post benignum Decretum Regium
Prædiarij isti, Sub Delegatione Apostolica Continuentur,
non, jam verò in dubium est, quod sicut Regis, ita jurisdictio
dubiæ authentica interpretatio ad eum solum pertineat qui ille
ferre, hanc dare possit. Igitur si in consulta Sede Apostolica
prens de Castrensi jurisdictione dubium Solius Decreti Regij
placito explicatum agnoscam, Explicationem ego sustinam, m
vitabiliter id quoq; agnoscendum mihi est, quod potestas [illegible]
tandi [illegible] Spiritualem Castrensium jurisdictio
quod facultatem absolvendi à peccatis, administrandi Sacram
ta, prædicandi &c. complectitur, penes Regiam Authoritatem
residerat. De hoc verò cum ex una parte Tridentina Sess. 2
Can. 6tus ex ejusdem Sess. Cap. 4tum de Sacrif. Ord. considero,
altera verò parte integerrimum clementissimi Dni Nostri
xe Orthodoxa Sensum intueor, mori malim, quàm credere, q
Sua Majestas eam de Regia potestate, Sententiam à me
xi velit.

Videor jam Celsitudo Vestra Iquem et Agram, inter quæ infelix ac
